FLORENTINA
SEU PISANA
JURIS APPROBANDI CHIRURGOS.

3. Octobris 1722.

Delegatâ Clariſſimæ Practicæ uſque ſub Annum 1710. a S. R. C. cognitione controverſiarum inter Piſanam Univerſitatem, & Collegium Medicorum, atque Pharmacopolarum hujus inclytæ Civitatis ab aliquo tempore exortarum ſuper Jure examinandi, approbandique Chirurgos in Territorio Piſano propriam artem exercere volentes, quod vigore cujuſdam privilegij inter alia prædictæ Univerſitatis antiqua Statuta exiſtentis cumulativè cum ipſo Florentino Collegio competere prætendebatur; Nobiſque commiſsâ ab eâdem Clariſſima Practicâ ſub diverſis temporibus illarum diſcuſſione ad formam Juris agendâ; poſt diutinã, maturamque enucleationem totius negotii, accuratumque rerum utrinque deductarum examen, retulimus penès ſolum Florentinum Collegium in ipſo etiam Piſano Diſtrictu reſidere facultatem prædicti examinis, & approbationis Chirurgorum privativè ad ipſam Piſanam Univerſitatem.

Reſolutioni tutiſſimum primo loco fundamentum præbuit ipſa Juris Communis aperta diſpoſitio, de quâ in *l. Magiſtros 7. C. de Profeſſor. & Medic. libr.* 10. ubi diſertè ſancitur aſſumendos ad Magiſterium, & exercitium alicujus Artis examinari, & approbari debere a Collegio illius Ordinis, ſive profeſſionis, ad cujus exercitium promoveri deſiderant; ideoque a Collegio Medicorum fore approbandos, qui ad Medicinam, vel tamquam Phiſici, vel tamquam Chirurgi exercendam aſpirant, ne aliâs in maximam ſalutis humanæ perniciem, qua cer-

tè nil utilius Reipublicæ, vel pretioſius, imperitos, ac rudes ad medendum admitti contingat, ut ex *Luca de Penna in d. l. Magiſtros* in puncto ratiocinatur *bon. mem. de Fatinell. poſt tract. de translat. penſ. reſponſ. 34. num. 1. & ſeqq.* Quamobrem quum tale Collegium Florentiæ verè, ac propriè reſideat, a perſonis non modo Theoricen (quod in plerisque Piſani Collegij Viris de cætero præſtantiſſimis uſuvenire cōperimus) ſed ipſam quoque Praxim apprimè callentibus efformatum, ibique ſemper primarii nominis, ſummæque experientię Profeſſores adſint, publicæ incolumitati atque valetudini quam maximè invigilantes; ea propter benè fundatam in jure cenſuimus intentionem Collegij Florentini contra prædictam Univerſitatem Piſanam.

Juris diſpoſitioni conformia ſecundo loco vidimus ipſamet antiqua ejuſdem Florentini Collegii Statuta uſque de anno 1349. & ſucceſſivis inde temporibus in forma Juris valida approbata, atque confirmata à Reformatoribus Populi, quorum vigore generaliter per viam denegatæ potentiæ, quæ privativam Juriſdictionem infert ex *Franch. deciſ. 723. n. 8. & Reverter. dec. 526.* decernitur, neminem aut Medicinæ, aut Chirurgiæ Artem Florentiæ, in ejuſque toto Diſtrictu exercere poſſe ni prævio diligenti per Deputatos hujus Artis examine dignus reputetur, & approbetur; Undè quamvis eo tempore in Florentinorum ditionem redacta nondum fuiſſet Piſana Reſpublica, ideoque quum de Florentiæ Diſtrictu non eſſe, ſubjecta legibus Florentinis haudquaquam dici potuiſſet; quia tamen ceſſante demum Imperij contentione acerrima, quam cum Florentinis habuiſſe jugiter teſtantur Hiſtorici, & ex Noſtratibus *Decius conſ. 469. ſub n. 11. Mandoſ. ad Roman. conſ. 218. ſub litt. H. Ger. Spin. conſ. 70. ſub num. 21.* aliiſque relatis *Rot. noſtr. dec. 16. num. 20. coram Illuſtriſſimo Dom. Audit. De Comitibus* in eorum poteſtatem primò venit Anno 1406. proinde Legibus Florentię vigentibus, quoad ea ſaltem, de quibus peculiariter propria Statuta non diſponebant, ligari ſtatim cæpit, ac ſubjici ad normam famigeratæ ſanctionis *Vrbem noſtram* inter Florentina Statuta *libr. 5.* repoſitæ, in qua præſcribitur obſervantia Legum Civitatis Dominantis in toto Dominio nedum reſpectu Civitatum, atque locorum tunc temporis ſubjectorum, ſed aliorum quoque, quæ in futurum acquiri contingeret, ac Florentinorum Imperio ſubjici, ut generaliter obſervat *Neron. poſt Elench. mot. Rot. Flor. tit. de ration. notand. num. 18.* & relatis verbis dictæ Legis *Vrbem noſtram* latiſſimè tradit *Rot. noſtr. dec. 60. a n. 73. ad ſeq. cor. Illuſtriſſ. Domino Auditore de Comitibus*, & in ſpecie priùs obſervaverat *Roman. d. conſ. 218.* ibique *Mandoſ. in addit. Soccin. Iun. conſ. 2. num. 33. libr. 1.* optimè *Altograd. Iun. contr. 51. num. 9.* ubi quòd Territorium Piſanum ſtatim factâ acquiſitione cenſetur eſſe de Statu Flo-

Florentino perindè ac ſi ab initio ſubjectum fuiſſet, adeo ut ea, quæ in propriâ Florentinâ ditione procedunt, locum etiam habere debeant in ipſo Territorio Piſano, *Tuſch. lit. S. concl.* 541. *num.* 14. & 37.

Fortiùs attenta particulari diſpoſitione relatâ in *Rubr.* 50. Statutorum prædicti Florentini Collegij, qua præcisè cavetur, quòd quiſquis Artem ſuam exercere Piſis vellet, Arti Conſulum Civitatis Florentiæ ſubjectus omninò deberet eſſe, quo circa minùs viſum fuit Dominis dubitandum de univerſali, ac privativa ejuſdem Artis juriſdictione in ipſo etiam Piſano Diſtrictu.

Huic autem univerſali, ac privativæ Juriſdictioni Collegii Florentini haudquaquam officere poſſe credidimus, aſſertum Piſanæ Univerſitatis privilegium relatum inter prætenſa ejuſdem Univerſitatis Statuta *rubr.* 64. hiſque verbis expreſſum *Si quis autem alius medendi artem in Chirurgia voluerit exercere, teneatur a Rectore pro tempore exiſtente licentiam petere, qui eum a duobus Medicis Collegij jubeat examinari, & ſi ab illis fuerit approbatus, Rector ei medendi in chirurgia licentiam concedat, &c.* quod Informantes pro dictâ Univerſitate mirum in modum exaggerabant.

Quum enim ex ipſorum confeſſione ex diverſis etiam ejuſdem Univerſitatis Piſanæ Statutis adminiculata atque ſuffulta, pro comperto habuerimus, oppoſitum privilegium à Glorioſiſſimo Coſmo Primo anno 1544. una cum aliis fuiſſe conceſſum, occaſione Piſas revocandi Studium generale, inſtaurandique Piſanam Academiam, vel ob graſſantem quandoque peſtilentiam aliò translatam, vel inter armorum ſtrepitus ex longo tempore conticeſcentem, prædicti privilegii nullam habendam eſſe rationem duximus, utpote quod juſtis de cauſis infra ponderandis ejuſdem voluntate Sereniſſimi Principis fuiſſe poſtmodum abrogatum, & è medio ſublatum deducta ab Informantibus pro Florentino Collegio nobis argumenta quamplurima demonſtrarunt.

Hæc inter primùm ſeſe obtulit poſterior Lex generalis anni 1548. in qua fuit ordinatum *che neſſuno di qualunque ſtato, &c. poteſſe eſercitar Fiſica, o Chirurgia nella Città, Contado, e Diſtretto di Firenze, e Dominio di S. E. ſe non foſſe prima approvato dall' Arte di Firenze alla pena di Fiorini 25. d' oro, &c.* ibique in fine legitur appoſita clauſula derogatoria *non obſtantibus, &c.* ſub qua certè generali diſpoſitione Piſanum quoque Territorium comprehendi, non erat ullo modo hæſitandum, quum Piſæ tunc temporis de Florentino Diſtrictu dicerentur, ac de Dominio Suæ Excellentiæ forent ad tradita per *Aſin. in Praxi* §. 7. *n.* 7. 8. & 9.

Parvipenſa replicatione, in qua primùm inſiſtebant Informantes pro Univerſitate, quod hæc dici non poſſet Lex a Principe promulgata, ſed particularis quædam potius eſſet Conſtitutio ipſius Florentini Collegij, auctoritatem abſque dubio non habentis revocandi Privilegia conceſſa a ſupremo

Principe; ſed jus tantummodo condendi Statuta reſpicientis regimen, & gubernium œconomicum rerum ad idem Collegium ſpectantium ex relatis per *de Luc. de Judic. diſc. 35. num. 64. & Rot. noſtr. apud Urceol. deciſ. 37. num. 15. & 28.* Quodque in omnem caſum poſterior lex generalis, utpotè compatibilis cum antecedenti particulari ei derogare non poſſet abſque illius ſpeciali mentione *Samminiat. controv. 192. num. 29. Pucion. allegat. 41. num. 26. & Rot. Rom. deciſ. 566. num. 5. part. 19. recent. tom. 2. & cor. Royas deciſ. 140. num. 5. & 6. & Rot. Senenſ. deciſ. 16. num. 7. cor. Illuſtriſſimo Domino Auditore de Comitibus*; & in ſpecialibus terminis derogationis privilegij ex *Text. in l. Decarionibus C. de Silent. lib. 12. Manſ.* cum aliis *conſult. 651. num. 19.* Non concurrente præſertim expreſſa Principis voluntate derogandi tali privilegio jam ab ejus ſuprema munificentia conceſſo, adeo ut etiam in dubio contra derogationem, utpotè odioſam fuiſſet reſpondendum *Gratian. diſcept. for. cap. 791. num. 11. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 37. num. 7. & Manſ. conſult. 44. num. 36. & 37.* maximè quia conſtaret è converſo de clara Principis intentione conſervandi privilegia Univerſitati Piſanæ conceſſa ex pluribus documentis per eam in actis exhibitis; & de quo agitur privilegium oneroſum dici poſſet, cujus reſpectu Chirurgi de anno in Civitate Piſana medendi vicarium, & facultatem innovatibus, in antecedenti *Rubri-* ... *83.* onus injungeretur gratis, & abſque ulla mercedis ſolutione medendi Scholares omnes; eorumque familiam cum quibuſcumque Studii Miniſtris, quo circa aut non eſſet ullo modo revocabile, aut ſaltem eo præciſius in poſteriore lege derogatoria expreſſam de illo mentionem fieri neceſſe eſſet ex *Altograd. Jun. controv. 51. num. 32. & 33. Andreol. contr. 408. ſub num. 16. Bonden. collect. 29. num. 46. tom. 2. Manſ. conſult. 651. num. 18. & 19. Palm. Nep. deciſ. 137. n. 2. & deciſ. 266. num. 4. Rot. noſtr. apud Venturin. deciſ. 26. ſuper ſecundo articulo num. 59. ad plur. ſeqq. & deciſ. 39. poſt num. 14. poſt Girond. de Gabell.*

Hæc enim omnia conglobatim adducta a Scribentibus pro Univerſitate, dimovere neutiquam potuerunt Dominos a ſenſu favorabili Arti Medicorum hujus Civitatis; nam licet primo aſpectu multum urgentia forent, ſuiſque in caſibus abſque dubio veriſſima viderentur, ſingillatim tamen expenſa nullius roboris, ac momenti reperta fuerunt in noſtra hypotheſi. Ac primùm exordiendo à Lege Anni 1548. abſque ullo penitus fundamento illius vera, ac propria qualitas impugnabatur, illam accipiendo uti ſimplicem, ac privatam Collegii Florentini proviſionem: In facto enim conſtitit eam ex præciſâ Supremi Principis commiſſione, atque ordine fuiſſe latam, atque inter ceteras ejuſdem Sereniſſimi Principis Conſtitutiones ad Collegium Medicorum, ac Pharmacopolarum ſpectantes fuiſſe repoſitam, ac re-

gi-

giſtratam, ut ex peculiari Regiſtro ad hunc præciſum effectum fidelibus Dominorum oculis ſubjecto ex parte ejuſdem Collegii convincebatur, quodque unus jiſdem ex Dominis ſubjungebat, erat hæc nota legis a Principe promulgatæ tutiſſima, quòd indicta Tranſgreſſoribus pæna talis proviſio totam Florentinam Ditionem comprehenderet, non ad aliquem particularem locum reſtringeretur, vel aliquod particulare negotium reſpiceret, cujuſmodi ſunt privatæ Magiſtratuum inferiorum, ſive Collegiorum deliberationes, adeo ut generalis illa Conſtitutio, juxta veteres, ac fundamentales Florentiæ Leges, atque Reformationes a ſolo Principe fieri potuiſſet, vel ſpeciali dumtaxat prævio illius ordine, & Commiſſione a Magiſtratibus inferioribus, quod perinde erat, ac ab ipſo Supremo Principe prodiiſſet, ex regula, quòd actus Mandanti tribuitur non exſequenti, de qua *text. in l. item eorum* §. *Decuriones ff. quod cujuſqu. Univerſit. nomin. Barboſ. axiom.* 12. *num.* 4. *Manſ. conſult.* 497. *num.* 1. *Gratian. diſcept. for. cap.* 553. *num.* 2. *Rot. cor. Cerro deciſ.* 625. *num.* 23. *Cocc in. deciſ.* 1525. *num.* 2. & penes *Palm. inter deciſ. Lucenſ. deciſ.* 365. *num.* 8. quodque leges, & ordinamenta dicuntur eſſe Principis, quæ intercedente illius auctoritate per alium fiunt *cap. ſi Apoſtolica* 22. *de præbend. in* 6. ibi -- *quum ipſa proviſio ipſius Legati poſt impertitam a nobis auctoritatem noſtra cenſeatur effecta &c. Franciſc. Palm. conſ.* 15. *num.* 12. *Manſ. conſult.* 1309. *num.* 5. *& conſ.* 310. *num.* 5. *Samminiat. contr.* 29. *num.* 38. *&* 39. pulchrè *Anſald. de commerc. diſc.* 19. *num.* 11. *& Rot deciſ.* 54. *num.* 12. *&* 13. *part.* 13.

Hac autem ſtante Lege univerſali per Principem promulgata derogationem aſſerti privilegii Piſani nobis manifeſtè præſetulit clauſula *non obſtantibus &c.* in fine dictæ legis appoſita. Quum enim Sereniſſimus Princeps illius vigore omnia obſtacula removere in animo habuerit, quæ univerſali, ac privativæ Conſulum Artis Juriſdictioni fuiſſent inpedimento, nec reſpectu Piſanæ Civitatis adeſſet aliud verificabile obſtaculum, quàm illud reſultans ex privilegio deſuper emanato, in his equidem circumſtantiis idem-met privilegium fuiſſe abrogatum, pro conſtanti habuimus, utcumque nulla de eo expreſſa mentio facta fuiſſet, quod quatenus oportuiſſet (quod ex infra dicendis DD. non admiſerunt) æquipollenter fuiſſet factum, ut benè perpenſa vi clauſulæ *non obſtantibus &c.* quidquid indigeſtè in contrarium pauci tenuerint, tradunt *Anſald. de commerc. & mercat. diſc.* 40. *num.* 20. *&* 12. ubi quod procedit quamvis eadem clauſula ſit cæterata, ut dici ſolet: *Cyriac. contr. forenſ.* 182. *num.* 26. *contr.* 236. *num.* 39. ubi quod ea vim habet ſpecialis derogationis, & rursùs *contr.* 599. *num.* 135. *&* 136. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 415. *num.* 18. *Marta de clauſul. clauſ.* 74. *n.* 1. *Roſa de exſequut. litter. apoſtolic. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 148. *Sabell.*

in ſumm. §, *clauſula num.* 36. ubi quod habet vim individuæ, & expreſsæ mentionis *Rot. deciſ.* 506. *num.* 5. *part.* 1. *recent. Coccin. deciſ.* 1680. *num.* 91. *Dunozzet. Jun. deciſ.* 156. *num.* 4. *& deciſ.* 190. *num.* 9. *& cor. Duran. deciſ.* 285. *num.* 61. ubi quod tollit omnia, quæ obſtare poſſunt tam in genere, quàm in ſpecie & *cor. Emerix Jun. deciſ.* 1204. *num.* 11. ubi quod etiam ſine ſpeciali mentione, & derogatione tollatur quælibet præcedens diſpoſitio contraria.

Expreſſa verò privilegii mentio in poſteriore lege derogatoria tunc demum requiſita fuiſſet ad ſenſum omnium auctoritatum, quæ per doctiſſimum Scribentem ad favorem Univerſitatis afferebantur, vel quandò fuiſſet actum de privilegio de jure communi competente Univerſitati & inſerto in corpore ipſius juris, ut ultra declarationem, quam facit *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 421. *num.* 15. egregiè diſtinguit *Surd. conſ.* 325. *num.* 8. *poſt princ. verſic. ubi tamen Marta de clauſ. d. clauſ.* 74. *num.* 2. *Chaſſaneus in cathalog. glor. mund. part.* 5. *conſid.* 8. *Rub. in ſingular. Rot. Roman. circa clauſ. clauſ.* 496. *num.* 3. *& n.* 19. *Caled. deciſ. Luſitan.* 86. *num.* 2. 3. *&* 4. *& deciſ.* 94. *num.* 1. *part.* 2. *Rot. Rom. deciſ.* 1591. *num.* 10. *&* 2. *cor. Coccin.* & in terminis facultatis approbandi Medicos ſpectantis ad Collegium Medicorum, utpotè competentis jure communi, reſpondendo poſteriori legi, quæ prætendebatur ipſius derogatoriæ, tradit *Fazinell. poſt tract. penſ. d. reſponſ.* 34. *num.* 5. ubi refert *Roman. conſ.* 498. *num.* 15. Vel quando ipſummet privilegium dici revera potuiſſet oneroſum, non a Principis liberalitate pendens, & tamquam ob benemerita conceſſum tranſiviſſet in contractum, in quibus terminis procedebant in contrarium allegati *Altegrad. Jun. contr.* 51. *num.* 38. *&* 39. *Manſ. conſult.* 651. *num.* 20. *&* 21. *Card. de Luc. de Regal. diſc.* 93. *num.* 2. *Rot. Rom. cor. Ottbobon. deciſ.* 229. *num.* 18. *&* 19. & explicat *Rot. noſtr.* penès *Venturin. deciſ.* 26. *num.* 58. *verſ. Cr quod quando privilegium*; quæ ſanè oneroſitas in Privilegio Piſano non concurrebat, quamvis in illius correſpectivitatē injunctum onus diceretur gratis medendi Scholaribus, eorumque familiæ; nam ſicuti per Legem anni 1548. privilegium, ſeu commodum examinis coram ſolo Rectore Studij, vel ab eo Deputatis ſubeundi, e medio tollebatur, ceſſabat illico, & onus prædictæ gratuitæ aſſiſtentiæ Scholaribus juxta indolem, & naturam correſpectivorum, quorum uno ſublato ſtatim ceſſat alterum *Manſ. conſult.* 746. *num.* 5. *&* 6. *Sammiņiat. contr.* 32. *num.* 11. *& contr.* 33. *num.* 54. *Palma Nep. dec.* 17. *num.* 11. *Rot. cor. Bonincaſa deciſ.* 130. *num.* 2. *& in rec. deciſ.* 315. *num.* 7. *& deciſ.* 370. *num.* 17. *&* 18. *part.* 17. *deciſ.* 122. *num.* 13. *& deciſ.* 135. *num.* 45. *part.* 18. *deciſ.* 142. *num.* 19. *& deciſ.* 365. *num.* 26. *part.* 19. prout revera in facto conſtitit, neminem ex Piſanis Medicis vel Chirurgis in hæc uſque tempora id

onus

Digitized by Google

onus ſubjiſſe, qui certa ſolùm mercede conducti, ut in cæteris moris eſt, ad medendos Scholares accedunt, undè non erat, ſuper quo conqueri poſſent, ut fortaſsè meritò potuiſſent, ſi ſublato commodo privilegij, duraſſet adhuc onus injunctæ in eodem privilegio gratuitæ curationis.

Cæterum, ut eò revertamur, undè non inutiliter ita dictante neceſſitate, digreſſi ſumus, ea duplici ſuperiùs ponderata qualitate in privilegiis ceſſante, per ſolam legem generalem cum clauſula *non oſtantibus*, *&c.* privilegia eidem contraria tolluntur, & exuberans videtur præſumptio, quod Princeps de iis ſaltem in genere cogitaverit, abſque eo quòd individuam, & expreſſam de illis mentionem facere teneretur, ut benè advertit *Ruin. conſ.* 163. *n.* 18. *lib.* 5. *Larrea alleg. fiſcal.* 77. *n.* 16. *Menoch. præſumpt.* 94. *per tot. lib.* 6. *Vivian. de Jur. patron. lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 156. *Cabedo deciſ. Luſitan.* 94. *in fin.* aliique penès eoſdem.

Quæ omnia eo ſecurius procedere DD. autumarunt; Tum quia non ageretur in noſtra ſpecie de derogatione, uti perperam ſupponebatur, odioſa, contra quam omnis interpretatio poſſibilis capienda eſſet, & in dubio pronunciandum adversùs illam; dum potiùs eſſet favorabilis, & extendenda, utpotè, quæ per remotionem cujuſque obſtaculi ex novo Jure in ipſo Piſano Territorio reſultantis omnia ad Juris Communis, & antiqui priùs ibi vigentis diſpoſitionem reſtitueret, in quo ſanè themate per clauſulam *non oſtantibus*, *&c.* quævis privilegia, atque ſtatuta in contrarium facientia penitùs e medio tolli poſt *Bald. in l. ſi quis ad declinandum C. de Epiſc. & Cleric. & Felin. in cap. quum acceſſiſſent num.* 7. *in fin. de conſtit.* ſolidè animadvertit *Decian. reſponſ.* 16. *n.* 88. 89. *&* 90. *tom.* 4. & mirificè *Rot. Roman. dec.* 457. *num.* 16. *p.* 1. *diverſ.* quæ quidem reverſio ad diſpoſitionem Juris antiqui eo facilius contingebat, quod Princeps in promulgatione novi Juris ad favorem Univerſitatis ei nullatenus derogaverit, ſed privativæ Juriſdictioni illius vigore competenti Conſulibus Artis, cumulativam ſuperinduxerit favore Univerſitatis, adeo ut præoccupans in ejuſdem exercitio præferretur *cap. quum plures* 8. *de offic. delegat. in* 6. *Tondut. de prævent. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. 9. *&* 11. *& cap.* 45. *num.* 2. *Rot. dec.* 254. *n.* 27. *&* 28. *par.* 19. *recent. & poſt De Luc. de juriſdictione dec.* 17. *n.* 2.

Tum quia (& eſt potentiſſima ratio) quum facultas approbationis Medicorum, & Chirurgorum privativè reſidens apud Florentinum Collegium haberet pro fine publicam utilitatem conſiſtentem tum in conſervatione ſalutis humanæ cujus curam agunt Medici, & Chirurgi ex *l.* 1. *§. Medicorum. ff. de var. & extraordin. crimin.* quæque inæſtimabilis eſt, eaque nihil, ut præmonuimus, Reipublicæ pretioſius *l. penult. §. fin. ff. de donat. Lucas. de Pen. in l. Archiatri num.* 1. *C. de Profeſs. & Medic. lib.* 10. ne ſcilicet aſſumendo imperitos ad me-

dendum irreparabile ſequeretur exitium humanæ vitæ, ut benè pariter ponderavit *bon. mem. Senator Cerretani* tunc temporis Aſſeſſor Artis digniſſimus in ſuo elaborato Motivo edito in *Cortonen. ſeu Florentina Incompetentiæ* 27. *Februarii* 1710. S. *Id expoſcentè maximè, verſ. qui prælecti fuere ad publicam utilitatem, &c.* Tum in manutentione prædictæ Artis, ex cujus emolumentis pro majore parte conflatis ex ſolutione Matriculæ, & Taxæ annuæ facienda per approbatos, ut in dicto Motivo pariter advertit *bon. mem. Senator Cerretani* S. *Urgente præſertim, verſ. cumque hoc ſubſtincatur ex emolumentis, &c.* Monialium Sancti Barnabæ Cœnobium de directo ejuſdem Artis Dominio unicè ſubſiſtebat, & plura quotannis dotalia ſubſidia puellis inopibus ſubminiſtrabantur; Utique privilegium Piſanæ Univerſitati conceſſum, quod privatam ſimpliciter illius honorificentiam, & utilitatem, aut ſaltem minùs publicam concernebat; & Collegii Florentini emolumenta notabiliter minuebat, & imperitorum quoque admiſſioni ad medendum ob minorem praxis peritiam, uti diximus, cauſſam dare poterat, ceſſare prorsùs debebat è conſpectu novæ Legis univerſalis, ſaltem magis publicam ex eo duplici capite utilitatem reſpicientis, ut generaliter prò revocatione privilegiorum tradunt *Antunez de Donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 58. 59. 60. *& Altimar. de nullit. contr. rubr.* 1. *par.* 4. *quæſt.* 39. *num.* 324. *verſ. verùm omnia privilegia, Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 38. *num.* 25. & in fortioribus terminis *Larrea allegat. fiſcal.* 3. *n.* 11. *Capparell. reſol. fiſcal.* 17. *n.* 33. & latiùs *reſolut.* 21. *num.* 23. & in puncto noſtræ controverſiæ *Fotinell. dict. reſponſ.* 34. *num.* 6. 7. 8. *&* 9. & conferunt *Dec.* ibidem relatus *conſ.* 10. *num.* 2. 4. *&* 8. *Natta conſ.* 500. *num.* 12. *Capyc. Latr. deciſ.* 50. *num.* 12. *Caball. conſ. dec.* 133. *num.* 17. *lib.* 2. ubi quod inter duas utilitates publicas, quæ major eſt prævalere debet, optimè *Surd. dec.* 255. *num.* 11. *& num.* 24. ubi quod major utilitas publica præfertur etiam cuilibet privilegio minùs utili, & omnium latiſſimè *bon. mem. Auditor Lucius* in ſuo docto Motivo impreſs. poſt *Girond. de Gabell. deciſ.* 50. *num.* 12. *&* 13.

Hiſce planè concurrentibus circumſtantiis ſupervacaneum, ac fortaſſe nimis inopportunum exiſtimarunt Domini in dubium revocare Supremi Principis voluntatem derogandi huic particulari privilegio, ex quo pluries intentionem ſuam manifeſtaverit, integra, & illæſa conſervandi alia privilegia Univerſitati conceſſa, prout arguebatur ex diverſis Reſcriptis, atque Epiſtolis Commiſſario Piſano tranſmiſſis, & ab Univerſitate productis, in quibus explicita legebatur eorumdem confirmatio privilegiorum. Quum enim hæc omnia diverſa alia reſpicerent, quorum pleraque circa Scholarium Piſas accedentium favorem, & exemptionem verſabantur, in quibus proindè haud prævalente publicæ utilitatis ratio-

tione,nec tertii præjudicio concurrente, ſed urgente potiùs prudentiali motivo ad alliciendos exteros, & generale Studium amplificandũ, apprimè conducens erat, & opportunum exemptiones antedictas in viridi obſervantia jugiter conſervare; hinc non poterat inferri ad præſentem caſum toto cœlo diſſitum, ac diverſum, vulgata *l. Papinianus ff. de minorib.*

Minuſque talis derogãdi voluntas excludebatur ex inductione facta prò Univerſitate, quòd in eodem Statuto, in quo legebatur inſerta facultas approbandi Chirurgos, adeſſet etiam privilegium eximens Doctores actu legentes à neceſſitate examinis, & approbationis, unde ſicuti quoad ſecundos Florentinum Collegium ultro fatebatur illorum exemptionem a propriis legibus, atque conſtitutionibus non vulneratam, idem quoad primos eſſet aſſerendum, ne unum, idemque numero Privilegium pro parte dici deberet abrogatum, pro alia verò non, quum potiùs obſervantia in parte, privilegiùm vigere in totum oſtenderet ex *Addent. ad Ludoviſ. dec.* 557. *num.* 7. *Card. De Luc. de juriſdict. diſc.* 7. *num.* 5. *& Rot. coram Cavaler. deciſ.* 408. *num.* 6. *& dec.* 449. *num.* 7.

Ad tollenda enim æquivoca, quibus apertè laborabat hujuſmodi ratiocinatio; primo loco fuit obſervatum privilegium Doctorum actu legentium in Univerſitate non quidem, ut ſupponebatur, ex unius, ejuſdemque Statuti diſpoſitione profluere, ſed nec ullam in Statutis Univerſitatis de tali privilegio mentionem fieri; undè nulla videbatur adeſſe implicantia; quod utpotè diverſa determinabilia ſub eadem determinatione non caderent.

Secundo verò, & fortiùs animadverterunt Domini, quòd ſicuti Lex anni 1548. generalis erat, ac proinde merito dubitari poterat, ſub illius cenſura Doctores etiam actu legentes comprehendi, opus proinde fuit ſpeciali ejuſdem Supremi Principis Reſcripto ad eos eximendos, quod ut infra videbitur, anno 1560. emanavit, ex qua exceptione Scribentes pro Florentino Collegio peropportunè arguebant, & benè, firmari regulam comprehenſionis in Chirurgis ibidem non exceptis juxta deducta in proximis terminis a *Tranchedin.conſult.Canon.* 45.*num.* 12. *tom.* 2. *& Rot. cor. Coccino deciſ.* 316. *num.* 6. *& deciſ.* 79. *num.* 37.*part.* 13. *recent.*

Tertio demum quia diverſa aderat ratio quoad Doctores actu legentes, quæ ſanè non reſiſtebat duplici motivo pro publica utilitate ſuperiùs expenſo; tum quia majoris quàm in aliis illorum reſpectu urgeret præſumptio idoneitatis, atque peritiæ, qua ſatis bono publico videbatur conſultum; tum quia ex parvo illorum numero, parvum ratione ceſſantis ſolutionis Matriculæ, & Taxæ præjudicium redundaret in Florentinum Tribunal, undè congrueret mitius erga eos agere, quàm cum cæteris longe pluribus, & forſitan imperitis ageretur.

Verùm quamvis hæc omnia ſufficere poſſent ad vindicandam Juriſdictionem Collegii Florentini, omnem

omnem tamen ſcrupulum ex animis DD. prorſus evulſit ſucceſſiva, continua, ac pacifica annorum decem ſupra centum circiter obſervantia. Licet enim privilegii non uſus, quandopræſertim, ut in caſu, agitur de privilegio conceſſo Univerſitati, illius amiſſionem non inferat, quippè qui ſolum pro tempore non utentibus poteſt eſſe præjudicialis, non item reliquis inde ſuccedentibus, ut ex *text. in l. 2. & l. 3. C. de his, qui ſponte*, communiter tenent *Antonell. de tempor. legal. libr. 2. cap. 80. num. 6. in fin. Actolin. reſolut. 1. a num. 98. ad ſeq. Altograd. Jun. contr. 51. n. 53. Bonden. collect. 29. tom. 2. ferè per tot. Capyc. Latr. conſult. 68. num. 31. Cyriac. contr. 57. num. 66. & 67. Cancer. lib. 3. var. cap. 13. num. 384. & 385. Card. De Luc. de Regal. diſc. 49. num. 15. Manſ. conſult. 309. num. 23. De Marin. in obſrvat. ad Reverter. deciſ. 38. num. 8. & deciſ. 97. num. 5. Rot. noſtr. apud Venturin. deciſ. 26. ſuper tertio articulo per tot.* cum aliis per *Rot. Rom. cor. Merlin. deciſ. 637. num. 16. Royas deciſ. 327. num. 5. & in rec. deciſ. 240. num. 3. 4. & 5. part. 4. deciſ. 400. num. 37. part. 9. & deciſ. 797. num 21. part. 18.* Et quum agèretur de juriſdictione, ut prætendebatur, cumulativa inter utrumque Tribunal, actus in altero facti quamvis per longum tempus, præjudicium irrogare nullum poſſent alteri, quod propriæ ſubindè reaſſumpſit exercitium juriſdictionis, undè in concurſu duplicis obſervantiæ alterius nempè affirmativæ, & conformis privilegio utcumque poſterioris, alterius verò negativę, licet antecedentis eidem privilegio contrariæ, prior eſſet attendenda, atque præferenda *Emerix. Jun. dec. 799. poſt n. 7. §. Et in omnem caſum*, & plures alibi.

Maximam tamen vim facere viſa fuit animadverſio, quòd ab anno 1548. quo primum emanavit univerſalis antedicta Lex derogatoria, ad annum uſque 1659. & 60. quo pauci quidam Chirurgiam exercere volentes in Territorio Piſano approbarj cæperunt a Studij Rectore, ne ullum quidem ſimilis approbationis exemplum cernere datum fuerit in tanta cæteroquin frequentia, ac multitudine Chirurgorum ejuſdem Territorij, ut ex Collegij Florentini Matriculjs probabatur, unde in his circumſtantiis, quum maximè ſæpius, ut oſtendetur, allegandi, extollendique Piſanum privilegium occaſio ſubjiſſet, facile fuit Dominis opinari prędictam obſervantiam, ſi non in vim præſcriptionis privilegij accipi potuiſſet, in vim ſaltem validæ præſumptionis abrogationis ejuſdem privilegij, & interpretationis Legis derogatorię anni 1548. meritò fuiſſe accipiendam ad tradita per *de Luc. de Regal. diſc. 47. num. 9. de Judic. diſc. 35. num. 65. Altograd. Jun. contr. 51. num. 14. Cyriac. contr. 141. num. 38. Manſ. conſult. 651. num. 24. 25. & 26. & conſult. 652. num. 23. Saminiat. contr. 188. num. 84.* ubi plures; *Rocca Epiſc. Iſclan. diſput. 71. num. 36. & 37. diſput. 78. num. 26. & 27. & diſput. 187. num. 10. & 11.*

Rot.

Digitized by Google

Rot. cor. Buratt. deciſ. 87. *num.* 17. *& ſeqq. & deciſ.* 161. *num.* 11. *cor. Ottbobon.*

At enim verò obſervantiam prædictam intra cancellos meræ, ac ſimplicis poſſeſſionis de cætero non ſiſtentem, tot tantiſque præſidiis roboratam, atque circumſtantiis undequaque irrefragabilibus innixam, Informantes pro Florentino Collegio nobis exhibuerunt, ut non eſſet, cur veritati nimis clarè ſeſe prodenti diutiùs obluctaremur. Anno ſiquidem 1560. habita per Conſules Artis matura cum Principe deliberatione ſuper neceſſaria propriarum Legum, atque Conſtitutionum obſervantia in ipſo etiam Territorio Piſano, prævia ejuſdem Sereniſſimi Principis ſpeciali deputatione, ac mandato ordinatum fuit, quòd excepto Piſano Collegio, Doctoribus nempè ibi actu legentibus — *Quanto agli Ceruſici, o altri eſercitanti il medicare in qualunque modo doveſſero preſentarſi avanti i quattro Eſaminatori tanto lì della Città, quanto quelli del Dominio Fiorentino per dar ſaggio di lor operare, &c.* ad cujus ſequelam ordinationis ipſo ſemper ſciente, ac mandante Principe datis Commiſſario Piſano literis die 7. Septembris ipſius anni, repetitis deindè die 22. ſubſequentis Octobris, eidem fuit onus injunctum, quòd affixo conſuetis Piſarum locis publico Bannimento, atque Edicto omnibus generaliter Medicis cujuſcumque Ordinis, & conditionis, ſive Phiſicis, ſive Chirurgis indiceretur, ut ſolis exceptis, ut ſupra, Doctoribus actu legentibus in Univerſitate, præſtituto viginti dierum termino Florentiam accederent coram quatuor Artis Examinatoribus propriæ idoneitatis, atque peritiæ ſpecimen exhibituri; Quod ſubindè fuiſſe factum ex Florentini Collegii Regiſtris probabatur, ac ſignanter oſtendebat tum relatio ſub idem tempus Sereniſſimo Principi facta per Lælium Taurellium primarium illius Miniſtrum, & Auditorem, ubi affirmabat ducentos circiter, & ſeptuaginta, quos inter ſexaginta, & octo Chirurgi de Dominio omnes Excellentiæ ſuæ, juxta præcedentes Ordinationes Florentiæ ſtitiſſe, novoque examini fuiſſe ſubjectos; tum inhibitio facta Franciſco Venturino Anathomen in Studio Piſano docenti, non tamen Doctori, quòd ibidem legere certè pergeret, at ab exercitio Artis Chirurgicæ Florentino examini ſeſe ſubtrahens abſtineret; non obſtante Rectoris approbatione ab eodem Venturino allegata, qui ad evitandum onus examinis, interim Doctoratus lauream accepit, exemptionis Collegio Piſano conceſſæ factus hoc modo particeps.

Quod ipſum pariter renovatum fuiſſe Piſis anno 1678. evincebant aliæ literæ eidem Piſano Commiſſario tranſmiſſæ die 2. Decembris à Conſulibus Artis, in quibus ad memoriam redacta propriarum Legum diſpoſitione, vi cujus omnes tum Phiſici, tum Chirurgi, tum Pharmacopolæ matriculari debebant ab Arte, abeaque ſumere Rèceptarium illius ordine Florentiæ impreſſum, omnibus iterum Piſanis Medicis, & Chi-

& Chirurgis, illis unicè de Collegio juxta morem ſepoſitis, notificari mandatur, ut quindecim intra dies Florentiam ſeſe conferrent ibidem matriculandi; præſtita in caſu impedimenti cautione pro ſumma ſcutorum 200. & ſolutione condemnationum, ni alio ſaltem congruo tempore indicto oneri ſatisfacerent.

Tandem exhibebatur à Florentino Collegio integra ſeries Negotii per Collegium Piſanum Anno 1599. cum Sereniſſimo Magno Duce tractata. Inſtabant enim Artiſtæ, preceſque Principi porrexerunt, ut primò deputarentur duo Prothomedici, qui ordinamenta medicamentorum vulgò *Receptas*, Pharmacopolis conſignandas ſubſcriberent; deindè verò, quòd nullus medendi Artem exercere Piſis poſſet, abſque Studii Rectoris approbatione, & licentia. Reſcripſit Princeps ad primum, eas fieri deliberationes à Supplicantibus, quæ bono publico magis expedirent; Verùm quoad alterum remiſſo Conſulibus Artis negotio pro eorum Tribunalis jure, ac intereſſe meritò audiendis; in eorum Informatione ſub die 9. Julii ejuſdem Anni eidem Principi ſic præcisè narrarunt -- *Quanto a quello, che ſi propone dal Collegio di Piſa; queſta è coſa molto nuova, e che tende a tor la Jurisdizione al Collegio de' Medici di Firenze, al quale ſolamente, e non ad altri, ec.* (en verba privativam Juriſdictionem neceſſariò inferentia ex *Petro Barboſ. in l. 1. art. 4. poſt num. 86. ff. de Judic. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 1. quæſt. 40. num. 8. Mart. Medic. examin. 32. num. 29. & 50. Franc. dec.723. n. 8.* cum aliis) *ſecondo gli ordini dell' Arte s' aſpetta dar licenza a chiunque vuole in Pratica eſercitare la Medicina nel feliciſſimo Stato di V. A. R. tanto come Fiſico, quanto come Ceruſico, e perciò ſtanno ſempre deputati quattro Eſaminatori di eſſo Collegio, per approvar quelli, che trovano idonei, e ſufficienti, e giornalmente vengono a queſt' Eſamine tutti quelli, che vogliono medicare, e gli ſteſſi Fiſici, e Ceruſici Piſani*; ſubjungendo, in contrarium facientes proprio periculo id facere, atque in pœnam a Legibus Artis indictam condemnari poſſe.

Quo circa ad ſequelam Reſcripti S. R. C. quoad primam petitionem Collegio Piſano favorabilis, miſſis Anno 1601. Florentiam pro approbatione Capitulis, & Ordinamentis de novo factis cum indubitata ſcientia, & interventu Rectoris, & Medicorum Studii inter ea *cap.* 8. ſolum diſponitur -- *Che tutti i Fiſici, e Ceruſici i quali per virtù di ſua patente vogliano medicare, infra un meſe dal giorno della pubblicazione di queſti Ordini, ſiano obbligati preſentare le loro patenti al Cancelliere dello Studio di Piſa, il quale ne pigli nota con pagargli un giulio ec.*

Reaſſumendo autem hæc omnia ſi ſolis exceptis Doctoribus in Piſano Gymnaſio legentibus, omnes reliqui Piſis exercere volentes indicta pæna Florentiam evocantur, Florentini Collegii e-

xa-

Digitized by Google

xamen ſubiturì; ſi de hoc publica Piſis edicta affiguntur ipſis ſcientibus, ac videntibus Miniſtris, & Officialibus Univerſitatis; ſi data trangreſſione rigoroſa inquiſitio efformatur; nec allegatum opportune privilegium a transgreſſoribus attenditur; ſi in actu tam ſerio, ac proportionato facto per Conſules Artis cum ipſo Principe, quos nemo prudens dixerit, aut verbis illudere voluiſſe, aut ei falſum exponere; ut in ſimili caſu dixit bo. mem. Auditor Finetti in relatione anno 1686. die 23. Octobris facta Sereniſimo Magno Duci ad favorem Marchionis de Briſacier S. *quinto dall' aſſerzione fatta alla A. V. S. verſic. quale ſarebbe quello di mentire* privativa Artis Juriſdictio per totum Dominium relative ad proprias leges, velut indubitata ſupponitur; ſi facta hoc modo declarationi Piſani Collegij Doctores acquieſcunt eo tempore, quo neceſſario debuiſſent exhibere Studij privilegium, ejuſque obſervantiam, atque confirmationem petere; ſi demum unica in Capitulis per eos extenſis penes Studij Cancellarium regiſtratione facultatis competentis omnibus exercere Piſis volentibus Medicinam, & Chirurgiam, contenti remanent (quæ ſane requiſitio regiſtrationis reſpectu omnium excludebat aperte facultatem approbationis in ipſo Studio Piſano) ceſſabat utique quælibet ambiguitas, quæ ſuper voluntate Principis abrogandi aſſertum privilegium in lege Anni 1548. adeſſe poſſet, illinc potius evidentiſſime deducendo ſequutam jamdiu in conſenſu omnium vigore poſteriorum legum generalium, tum privilegij illius, tum cujuſvis alterius contrariæ diſpoſitionis abrogationem.

Sed ſucceſſivis quoque temporibus de propriæ Juriſdictionis conſervatione ſolliciti fuerunt Conſules Artis. Nam quamvis aſſerta quædam illorum Epiſtola allegaretur, Anno 1629. Piſarum Commiſſario conſcripta, ex cujus tenore appareret revocatum fuiſſe ordinem ei præcedenter datum procedendi adversùs quoſdam Medicos, & Chirurgos, qui abſque Artis approbatione, & licentia Piſis exercuiſſent, aſſerendo ſtantibus illorum privilegiis, atque Reſcriptis S. R. C. ab Arte viſis, id eis apprime licuiſſe, ſub quorum memoriæ privilegiorum intelligi privilegium ſtudio conceſſum quoad Chirurgos prætenderetur; tamen inter alias reſponſiones allatas ex parte Conſulum, & ſignanter quod in ſolitis Epiſtolarum Regiſtris illa Epiſtola non reperiretur ſimplici veroſimiliter arbitrio Cancellarii conſcripta, proindeque Juriſdictioni Tribunalis haudquaquam præjudicialis; ceſſabat omnis difficultas ex eo, quod inter inquiſitos adeſſent duo Doctores Celati, & Bellavita ambo in Univerſitate explicantes Anatomiam, qui præcipue inſteterant pro liberatione a moleſtiis, atque iis adſiſtebat Reſcriptum Anni 1560. Doctores actu legentes eximens ab Juriſdictione Conſulum, & nonnulli inſuper Hebræi Daniel Nero, Moyſes Lattone, & Cordovero reperirentur, quorum reſpectu vigebant privile-

legia a Sereniſſimo Ferdinando Primo eorum Nationi Anno 1591 conceſſa cauſſa propagandi Commercium in Liburnenſi Territorio, in quorum *cap.* 18. non obſtantibus quibuſcumque legibus in contrarium diſponitur -- *che i Medici Ebrei, ſi Fiſici, come Ceruſici, ſenza alcuno impedimento, e pregiudizio poſſano curare medicare eziandio qualunque Criſtiano, ec.* de tribus verò, aut quatuor aliis inquiſitis nullo modo probaretur, chirurgiam exercuiſſe cum licentia Rectoris ſtudij; Quamobrem vel nil omninò concludebat hujuſmodi factum ad favorem Univerſitatis, vel potiùs, ac veriùs erat retorquendum, dum exceptis ab approbationis neceſſitate Doctoribus actu legentibus, & Hæbreis, in hoc ſpecialiter privilegiatis, firma remanebat in cæteris, & inconcuſſa Juriſdictio Collegii Florentini.

Quia vero procedente tempore Conſules ſuſpicari poterant relaxato ſenſim Piſis rigore Legum Artis, introduci iterum in Univerſitate abuſum approbandi Chirurgos abſque præcedenti examine Deputatorum ipſius Artis, ut revera practicari ibidem ceperat anno 1659. Hinc ad tuendam propriam Juriſdictionem, renovandamque memoriam, & obſervantiam propriarum Legum, atque Conſtitutionum, novas Piſano Commiſſario litteras tranſmiſerunt Anno 1668. in quibus mandarunt affixis in omni loco publico ſolitis Bannimentis (ut de facto fuerunt affixa) indici, neminem, ſive Medicum, ſive Chirurgum abſque licentia, & approbatione Tribunalis Florentiæ exercere poſſe, ac medicamenta alicui tradere, quam ſanè proclamatum, atque Bannimentorum publicationem, uti incontrovertibilem Juriſdictionis actum importantem mirum in modum conferre ad removenda quævis præjudicia, quæ vel ex acquieſcentia, vel ex incuria, & negligentia tuendi proprium jus obveniſſent habenti juriſdictionem tradunt *Giurba conſ.* 59. *num.* 4. *Peregr. in ſuo tract. de juriſdict. apud Cenſal. num.* 88. ubi quod vim habent interloquutoriarum *Bonden. ad Ottcr. de Paſcuis cap.* 40. *num.* 117. *Poſth. de manuten. obſervat.* 31. *num.* 31. *Rot. cor. Cavaler. deciſ.* 161. *num.* 4. & *cor. Burat. dec.* 427. *n.* 4. & 17.

Et quoniam eumdem pariunt effectum, inquiſitiones criminales, accuſationes, atque condemnationes Tranſgreſſorum ut probat *Giovagnon. reſponſ.* 10. *in princ. verſ. ex proceſſibus criminalibus libr.* 1. *Poſth. de manut. obſervat.* 31. *num.* 23. & *ſeq. Tuſch. in verbo poſſeſſio concl.* 419. *num.* 7. & 9. quum quidam Joſephi Fracaſſini nomine dictus abſque Florentini Collegii licentia, ſola fretus approbatione Vice Rectoris Studii per viginti circiter annos Chirurgiam Piſis exercuiſſet, delata ad Tribunal Artis notitia traſgreſſionis anno 1675. ut alterius ſaltem periculo feliciter ſaperent cæteri, in pænam quingentorum aureorum fuit condemnatus; quamvis deinde porrectis S. R. C. precibus ſub velamine bonæ Fidei, juſtæque ignorantiæ ſuper invaliditate Piſani Privilegii gratiam

obti-